

citatione impetrata actionem denuo instituere potest c. *Actor.*
de Dol. & *Cont.* in *610. l. 73. §. 2. ff. de Jud.* At si libellus jam fuerit
 judici exhibitus in arbitrio rei est, aut petere tantum absolutio-
 nem à citatione, aut litem negative contestari, & petere ut in
 causa principali *μοισαγωγής* procedatur: & tunc si jus suum per
 probationes necessarias liquidum reddere possit, non tantum ab
 instantia von dem Gerichts-Zwang sed à tota causa definitive ab-
 solvendus venit *Conf.* *Dn. Brun.* in *Process. Civ. n. 4.* nisi actoris
 jus potius deprehendatur *v. l. 13. §. 2. C. de Jud.* aut post contuma-
 ciā in continentī compareat *arg. l. 5 ff. de Incend. Ruin. Naufr.* &
l. 40. ff. de R. C. Quæ enim in continentī fiunt, inesse dicuntur
Dn. Brun. in *Comm. ad d. l. 40. ff. de R. C.* & mora tunc purgatur
l. 135. §. 2. ff. de V.O. conf. Ayrer in *Historisch. Process. Jur. P. I. c. 4.*
n. 30. ubi cum argumento contrario aliquos dissentientes allegat,
 quibus accedit, *Gail. L. I. O. 59. n. 2.* Reo autem contumace,
 actore comparente, huic petitō proclamate auff beschehen russen/
 ut moris est in Camera Spirensi *Gail. L. I. O. 59. n. 1.* & tribus efflu-
 xis juridicis *l. 53. §. 1. ff. de Re Jud.* intra quos tamen citato causas
 absentiae allegare, & se à contumacia purgare licet *Myns. Cent. 5.*
O. 86. cum seq. vel post elapsum terminum peremptorium conce-
 ditur litem pro negative contestata habere & intentionem suam
 legitime probare, causamq; definitiōni judicis submittere *Gail.*
L. I. O. 59. n. 4. Quoad processum vero Saxon. vid. *Dn. Struv. J. R.*
G. F. L. 4. T. 8. §. 11.

XXII. Antequam præterea litem suscipiat reus, operæ pre-
 tium est, ut attendat: an non eandem à se declinare, & in alium
 transferre possit; nam vel plane alieno nomine detinet rem, vel
 alterius interesse in lite simul versatur. Illo casu nominare pos-
 sessorem ante *L.C.* potest *l. 2. C. Ubi in rem aet. c. fin. §. fin. X. ut. lit.*
non contest. Alias si litem contestetur, licet possessor non sit, habe-
 tur pro eo, ac si liti se obtulisset *d. l. 2. & l. 13. §. 13. ff. de Pet. hered.*
 nam dolus pro possessione est *l. 131. 157. §. 1. ff. de R. J. conf.* *Dn. Mey.* *P. 3. D. 98.* & *Dn. Brun. Cap. II. Process. Civ.* Hoc casu autem
 si alterius interesse tantum in lite, versetur lis mota ipsi denunci-
 anda etiam post *L.C.*, dummodo jus suum deducendi salvum ha-
 beat